



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

55 De Archipresbiterorvm Officialibus, & alijs iudicibus ecclesiasticis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

ipſi immāni vendunt preſio, quodquidem illi perſoluere co-  
guntur, qui ( ita iubente Pontifice ) opera talium indigēt offi-  
cialium, ſeu ſcriptorū. Hinc euenit, vt natio Germanica, pre-  
pue vero Epifcopi, quoties Pallium redimunt, aut confirma-  
tionem a Romano petunt Pontifice, ac multi alij oppido ag-  
grauentur, ac longe plus q̄ elapsis annis, pecunias suas di-  
lapidare compellantur. Hinc facile coniçere licet, quo Romā,  
quantiq̄ laquei pro emungendis nūmis tendantur. Quas  
propter talia officia merito deleri debent.

DE ARCHIPRESBITERORVM OFFICIALI-  
bus, & alij iudicibus ecclesiasticis.

Archipresbyterorum quoq̄ officiales, vt plurimum, ſunt 55  
indocti, inhabiles, insuper & ſcurrilibus moribus, nihil pen-  
ſi habentes, nihil auentes, q̄ pecuniam. Et q̄ notorie in publi-  
eis degant peccatis ac facinoribus, quotidiano diſcitur uſu,  
per quod laici, quos ob admissa, debito modo corripere, ac  
in pietate Christiana eruditiores & meliores reddere debe-  
bant, nedum ad meliorem frugē non perducuntur, ſed offendiculis  
onerantur potius. Ad hæc per leues ac viles has offi-  
cialium personas, in quorum conſcientijs, nulla Christianæ  
pietatis viget ratio, ſed tantum ſceleratus habendi amor, lai-  
ci misere ad viuum uſq; in bonis ſuis ſpoliantur, ac depræ-  
dantur. Id quod Archiepi & epifcopi, ſi quidem re vera quod  
diſcūtur, eſſent, hoc eſt Christi pastores, dubio procul, diutius  
non tolerarent, oueſq; Christi talibus offendiculosis pastoris-  
bus curandas, minime cōmendant, paſcedasue cōmittere.

Q̄ INIQUE LAICI AD VETITVM TRA-  
hantur ecclesiasticorum tribunal.

Fere & hoc quoq̄ accidit, vt laici ad ecclesiasticorum, li-  
cet per inique, trahantur iudicium. Nam etiamsi actor ſit ec-  
clieſiaſticus, qui laicum reum iudicio conuenire intendit, atta-  
men nihilo magis ordinariæ iurisdictioni reorum deferunt,  
quin paſſim ecclesiastici tales reos laicos, ſi quascunq; etiam

E n.